

cedem ac velut permutatione cederemus Angli Fran-
 cis iure quod maiorum nostrorum per multas continen-
 ter ætates fuerat in Normanos, Cœnomanos, Turrones,
 Andes, quæ Franciæ terra nobilissima opulentissima
 qz pars est. Præterea Pontiniacos haberemus, quæ con-
 fessione Francorum materna dos Regibus nostris est.
 Hæc quæ rem continerent in primis erant. Illud
 quanti faciendum sit æstimatio vestra est Augusti ut
 iure Regni Francici, hereditateqz ac successione ce-
 deremus, quæ in te & causa non inferiores, & fortuna
 belli ac iudicis Marte superiores eramus, & exemplo
 multorum nobilissimorumqz Regnorum quæ vel
 foeminas vel Regiæ stirpis foeminarum filios ad Reg-
 num vocant, Regi nostro primo Henrico non
 successit Matildis filia, sed Henricus ex eadem Ma-
 tilde nepos Comes Andegauensis armis Regis Fran-
 corum auito solio impositus, & Stephanus Campanus
 Magni Gualelmi ex filia nepos nobis iura dixit. Be-
 neficiarii Francorum Comites sceptrum nostrum
 sunt. Regni nostra spem amittet externorum domina-
 tium. Sed Angli cum inquit de Regno ageretur eras
 superior iuris causaqz. Ceterum cum in Philippi Va-
 lesii verba iurasti, vitro iure tuo tunc te exuisti. Si absqz
 exceptione iurasssem, tamen infirmitas ætatis, qua eram,
 in integrum restituta æquis iudicibus fuisset, Sed his
 verbis iuratus sum ut ius meum, si quod præterea mihi
 in maiorem rem erat imminui non posset. Quas ob-
 res in fœdere Britiniaco cum iure Regni Francici cessu-
 rum me professus sum, id maxime omnium tibi opta-
 bile erat. Cedo tibi Normanis, Turronibus, Cœno-

Ms. 33, fol. 1

1r
a

Et quia...
optimo iudicio...

...

...

Magni Gualelmi...
...